Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



148

in terra · iuxta illud hieremie · Recedentes a te
in terra scribentur · Quis uero sit agnus · iohs
manifestat dicens · ecce agnus dei · ecce qui tollit
peccata mundi · Quis autem liber · uite agni · in quo
istae nomina ñ merentur asscribi · nisi uis quedam diui
na · quae ante mundi constitutionem ad uitam eternam
scos pdestinauit futuros · Qui uidelicet liber / sicut
fixa eternitate electos tenet asscriptos · ita nequa
quam ulla ratione reprobos admittit scribendos ·
Qui occisus est ab origine mundi · Occisus est autem iste
agnus / ab origine mundi · ñ in se sed in suis mem
bris · sicut abel et alii multi · quia sicut in suis pas
citur · ita et in suis occidit · Vnde et · Saule · saule ·
quid me psequeris · Vel certe in pdestinatione occi
sus est · quia ante omnia secula decreuit ds pater
cum filio et spu sco ut in fine temporum uenisse
et occidere ut sua morte mortem nram redime
re · uel in ipso agno quem abel obtulit · aut certe ut
uerius dicamus · ipse abel · innocens a fre pemptus ·
cui prefigurauit · Siquis habet aures subaudis cor
dis · audiat · idem spualiter · quae dicunt intelligat ·
Quotiescumque enim hec particula ponit · siue in euangelio
siue in hac apocalypsi · ea quae pcedunt aut quae
sequunt · spualiter intelligunt · Qui in captiuita
tem duxerit · in captiuitatem uadet · Haec uerba
sicut pertinent ad omne corpus anti xpi · ita et ad
ipsum principem malae anti xpm / qui duob;
modis captiuabit homines · Primum uide
licet a fide xpi eos separans mente · deinde ab